

N. IV.

Confiçantur hi Agnus Dei ex Cera alba, pura, virginea, quo Humana denotatur natura a Christo, virtute Divina, sine ulla mixtione, aut contagione culpe in purissimo Maria Virginit Utero assumpta. Agni imago in illis imprimitur, Agni illius immaculati symbolum, qui pro humana reparatione in Ara Crucis immolatus est. Adhibetur Aqua benedicta, quo nimirum elemento, cum in veteri, tum in novo Fœdere, præclara Sacramenta, & prodigia a Deo effecta sunt. Miscetur in ea Balsamum, quo bonus Christi odor significatur, quem in omni actu, & conversatione redolere debent Christiani, Superinfunditur Chrisma, quo res aliæ Divino cultui specialiter additæ, veluti Tempia, Altaria, & Sacerdotes, præparari solent, ac consecrari, atque in eo præstantissima virtutum omnium Charitas figuratur.

In Aqua igitur prius benedicta, ac Balsamo, & Chrismate mixta, Cerei illi Agnus Dei immerguntur, & Summus Pontifex tam ante, quam post merionem, sanctissimis precibus Deum exorat, ut eas Formas benedicere, sanctificare, & consecrare dignetur, hisque tantam impertiat virtutem, ut quicumque recta fide, ac vera pietate eisdem usus fuerit, hæc dona, ac beneficia consequatur.

I. Ut aspectu, vel tactu Agni in cereis illis formis impressi, excitentur Fideles ad memoranda sub eo symbolo Redemptionis nostræ mysteria, conceptisque grati animi sensibus, Divinam in nos Bonitatem benedicant, venerentur, ac diligant; fidentes fore, ut per eam, peccatorum veniam obtineant, & maculas abstergant.

II. Ut ad vivificæ Crucis signum in eisdem Cereis impressum maligni Spiritus contremiscant, & fugiant, facessant grandines, subsistant venti, dissipentur tonitrua, abigantur turbines, fulgura, & tempestates.

III. Ut Divinæ benedictionis virtute, non prævaleant diabolicæ fraudes, insidiæ, & tentationes.

IV. Ut Parturientes cum foetu incolumes serventur, eumque feliciter in lucem emittant.

V. Ut iisdem devote utenti nulla dominetur adversitas, nulla noceat pestilentia, ærilye corruptio, nullus comitalis morbus eum corripiat; nulla maris tempestas, nullam incendium, nulla inundatio, nulla adversitas eum prævaleat malignitas.

VI. Ut in prosperis, adversisque casibus Divina protectione munitur; ab humanis vel diabolicis insidiis, a subitanea, & improvisa morte, a cunctis denique malis, & periculis liberetur, per Vitæ, ac Passionis Jesu Christi mysteria.

Mirabiles hujus Sacri Cerei virtutes explicatæ jam olim fuere, atque his versibus comprehensa.

Tellitur hoc signo tentatio Demonis atri,
Et pietas animo surgit, abique tepor.
Hoc aconita fugat, subitæque pericula mortis,
Hoc et ab insidiis vindicæ, tutus eris.
Fulmina ne seriant, ne sœva tonitrua ledant,
Ne mala tempestas obruat, istud habe.
Undarum discrimen idem propulsat, et ignis,
Ullaque ne noceat vis inimica, valet.
Hoc facilem partum tribuente, præpara fetum
Incolumen mundo præferet, atque Deo.
Unde, rogas, uni tam magna potentia signo?
Et Agni mortis, haud aliunde fuit.

Quæ quidem beneficia, & gratiarum dona a bonorum omnium Largitore Deo Fidelibus tribui ac concedi, virtute hisce Sacris Cereis communicata per benedictionem, ac preces in primis, quas Christi Vicarius Romanus Pontifex universæ Ecclesiæ nomine in eorum consecratione fundere solet, res est firmiter omnino credenda, ac variis, eximisque miraculis sæpissime confirmata. Quod si optatus non semper obtineatur effectus, id non defectui virtutis rei factæ, sed vel infirmæ exiguæque utentium Fidei ac Devotioni, vel alteri occultæ causæ Deo competitæ ac probatæ, tribuendum est.



MUTHEMILLIUS 255
SUPPLEMENTUM
LITTERARUM APOSTOLICARUM

PRIORIBUS ANNIS EDITARUM,

Quæ in Voluminibus I. & II. inferendæ erant.

N U M. I.

VVarmienf. & Sambienf. conceditur usus Pallii,
& jus præferendæ Crucis, more
Archiepiscoporum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANA Ecclesia omnium Ecclesiarum Mater & Magistra, a caelesti Sponso Pastorum Principe JESU CHRISTO, cujus vices plane immerentes Nos in terris gerimus, supremum auctoritatis dignitatique principatum supra univèrsam Terrarum Orbem sibi uni attributum, ita cum aliarum Ecclesiarum Pastoribus participavit, ut modo uni, modo alteri, pro meritis, ac locorum, temporum, personarumque conditionibus, & auctoritatis, & dignitatis decora, atque officia, opportune ad Divini honoris gloriam augendam, populorum necessitatibus providendam, & Catholicæ Fidei Majestatem, veritatemque constantissime in omnium animis confirmandam, distribuatur.

§. 1. Inter tot autem præcipua, quæ Antistitibus interdum conferri solebant, insignia, duo numerantur, & de Cruce delati Pallii, & Præferendæ Sanctissimæ Crucis Signi honor. Et Pallium quidem, quod ex Lana contextum, Oris illius, quam Dominus aberrantem quæsit, inventamque humeris suis subtulit, pellem significat, ut Episcopus, qui Christi typam gerit, ipsius munere fungatur, atque etiam ipso habitu illud omnibus ostendat, se boni, ac Magni illius Pastoris imitorem esse, qui gregis infirmitates ferendas sibi proposuit, nisi exigentibus causarum meritis, juxta præsentem consuetudinem, & fortiter postulantibus, non dabatur. Crucis vero præferendæ mos, a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, quibus supremam super omnes Ecclesiasticorum Virorum ordines Jurisdictionem ac potestatem habentibus Crux præferebatur, primùm ad eorundem Legatos, deinde ad alios Antistites deductus est, ut considerantes diligenter, quod in Cruce Domini nostri JESU Christi eos oportet gloriarì, Crucis mortificationem jugiter in suis corporibus debeant pro divini Nominis amore portare.

§. 2. Hæc secum recolens Venerabilis Frater Adamus Stanislaus VVarmienf. & Sambienf. Episcopus, ac reputans, non leve populis suæ pastorali curæ commissis, qui undique ab hæreticis circumdantur, futurum incitementum, si ipsum modernum & pro tempore existentem VVarmie & Sambie Episcopum, aut in Solemnitatibus, juxta canonicas præscriptiones cum Pallio celebrantem, aut cum Sanctissimæ Crucis Signo antea eundem delato iter agentem aspicerent, ut & majorem Sacris Mysteriis venerationem deferant, & Episcopali Dignitati majorem exhibeant reverentiam; ea propter Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur eundem Adamum Stanislaum Episcopum specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus, aliorumque de hac Apostolica Se-

de bene mereri pergentium nomina, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, & attentis præmissis, ac præsertim quod VVarmienf. & Sambienf. Episcopus Sacri Romani Imperii Princeps sit, & VVarmienf. & Sambienf. Ecclesiæ invicem perpetuo Canonice unicæ Sedi Apostolicæ prædictæ immediate subiectæ existant; Ipsi Adamo Stanislaio moderno, ac pro tempore existenti Episcopo VVarmienf. & Sambienf. usum Pallii in Solemnitatibus per sacros Canones præscriptis celebrandis, & Crucis ante se præferendæ per VVarmienfem & Sambienfem Civitates & Dioeceses dumtaxat, & non alibi omnino, sive in aliis, Dioecibus, sive in Regni, & Sacri Romani Imperii præfati Comitibus, sive in quibuscumque aliis locis Episcopo præfato non subiectis, nec etiam de Ordinarij licentia; nec etiam in Civitatibus, & Dioecibus VVarmienf. & Sambienf. præsentibus, vel quolibet Dilecto Filio Nostro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, vel quolibet Nostro, & ejusdem Sedis ordinario, vel extraordinario Legato, aut Nuncio; sub gratiæ, & concessionis hujusmodi nullitate, aliisque ad nostrum & Sedis præfate arbitrium moderandis, & insipientibus; & dummodo, quoad Pallium, tam dictus Adamus Stanislaus Episcopus, quam quoties ipsum, & Episcopum hujusmodi pro tempore existentem, viam universæ carnis ingredi contigerit, ipse Adamus Stanislaus, & toties novus Episcopus illud ab eadem Apostolica Sede, servatæ de jure, vel consuetudine servandis, postulaverit, & de Corpore Sancti Petri Apostolorum Principis sumptum Romano pro tempore existente Pontifice, juxta præscriptas sanctiones acceperit, & omnia, quæ cum Archiepiscopis Pallia traduntur, servari solita sunt, omnino serventur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus, & indulgemus.

§. 4. Decernentes eadem præsentem litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, a illis, ad quos spectat, & pro tempore quâocumque spectabit, plenissime iustagari; sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfate Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis præfate Nuncios, sublati eis, & eorum cuiuslibet qualiter aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, nec non Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hæc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annu-Dar. die 27. lo Piscatoris die XXI. Aprilis MDCCLII. Pontificatus April. 1752. Nostri Anno Secundo.

D. Card. Passioneus.

delatio, & Crucis elevatio, quid importet.

Episcopi Quætoris in-stantia.

Conceditur usus Pallii, & jus præferendæ Crucis.

Cam oportet limitari.

Claufula pro perpetua soluti fuit.

Derogationes.

UT EQUITES PROFESSI

Militie Hospitalis Sancti Joannis Jerosolimitani ad Episcopatum, et ad Cardinalitiam dignitatem eve...

Dilecto Filio Nostro Joachimo Sancte Romane Ecclesie Presbytero Card. Portocarrero nuncupato

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecto Filio Nostro Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

habitus, & Jerosolimitani ad Episcopatum...

BIENNIUM cum dimidio circiter elapsum est, ex quo Nobis expoluit, te Jerosolimitanum Militie Professum Equitem esse, & Magna eisdem Ordinis Crucem insignitum...

Equites Jerosolimitani ad Episcopatum...

Et quidem nullo modo dubitandum nobis visum est, quin tibi, tamquam Equiti in Ordine Jerosolimitano expresso Professo, veri Religiosi, & Fratris qualitas conveniret...

Monachi & Fratres ad Episcopatum...

Quod autem Monachi, atque ii, qui Fratres ad Episcopatum, etiam quam ad Episcopatum eve...

CHEI CAVALIERI PROFESSI

Dell'Ordine di Malta creati Vescovi, o Cardinali, possano portare sopra gli Abiti esteriori, e precisamente sopra la Mozzetta, la Croce Ottagonale di tela, bianca, come Abito della loro Religione.

Dilecto Filio Nostro Joachimo Sancte Romane Ecclesie Presbytero Card. Portocarrero nuncupato

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecto Filio, Nostro Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Sono in circa due anni e mezzo, che ci rappresentate, esser voi Cavaliere di Malta Professo, e Gran Croce, aver poscia presi gli Ordini Sacri, esser Prelato, e Patriarca Antiocheno...

Non ci scordammo di veder la materia, e fin d'allora la vostra petizione ci parve giusta, e doverosa: essendo voi Cavaliere di Malta Professo, e per conseguenza vero Religioso, e Frate; essendo i Monaci, ed i Frati obbligati a portare visibilmente l'Abito della sua Religione...

Che essendo voi Cavaliere di Malta Professo, e Frate, non ci parve di dovervi ragionevolmente dubitare; avendo voi fatti nella Professione i tre solenni Voti, di Castità, Povertà, ed Obbedienza; ed essendo questa la vera, e comune opinione degli Autori, e de' Tribunali anche di Roma, come può vederli nell'Escanno in Propugnaculo Jerosolimitano disquisiti...

Che poi i Monaci, ed i Frati siano obbligati a portare visibilmente l'Abito della sua Religione, ancor quando sono Vescovi, è proposizione, che non può controvertersi, venendo stabilita nel Concilio Generale Lateranense sotto Innocenzo III nel 1179. e riferito nel cap. Clerici officia, de vita & honestate Clericorum...

Questione; ed il Abito proposto da Monig. Portocarrero all'ora Patriarca d'Antiochia.

I Cavalieri di Malta sono veri Religiosi, e Frati.

I Monaci & Frati dovevano portare visibilmente l'Abito del loro Ordine.

cum Nos alias plures collegimus & adduximus in citato Opere nostro de Canoniz. Sanctior. lib. 3. cap. 35. num. 11. & seq. tum vero hac occasione alla quendam vidimus, quae utiliter legi possunt, apud P. Mabillon, in Praefatione secunda ad saeculum quantum cap. 7. ubi ostendit hanc disciplinam tum usque a quinto saeculo obtinuisse...

Habitus Militie Jerosolimitanz etc.

Quod denique Crux ottagonata visibilis ex albo linteo, verus sit Habitus Equitum, & Fratrum Professorum Jerosolimitanorum Militie, id satis exploratum est tibi, qui Ordinis tui leges, & instituta plane calles, Verum ut intelligas, nos quoque hujusmodi materiam diligenter examinasse, noveris Nos etiam illorum opinionem, tamquam longe a vero aberrantem, rejicere, qui putant, parvam ex auro Crucem a pedore pendentem, Habitum esse Fratrum vestri Ordinis Jerosolimitani...

Nihil autem ea nos cogitatio movit, quod in posterum futurum esset, ut compleres Episcopi Militarum Ordinum insignia gestare conficerentur; Et enim, si de Equitibus in Ordine Jerosolimitano Professis loquamur, praeterquam quod nec multi sunt, nec multi probabiliter esse possunt, qui ex ejusmodi statu ad Episcopatum assumantur; si etiam plures essent, nil aliud hac in re eveniret, quam id quod sine ulla cujusquam admiratione accidit, quomodo non unus, sed plures Episcopi Monachorum Cassinensium habitum deferre conficiuntur, propterea quod in eo Ordine Professi fuerunt; non unus, sed plures Episcopi, Fratrum Minorum, aut Praedicatorum Habitum induti procedunt, quoniam in illis antea Ordinibus Professionem emiserunt.

Non incongruum est...

Nihil autem ea nos cogitatio movit, quod in posterum futurum esset, ut compleres Episcopi Militarum Ordinum insignia gestare conficerentur; Et enim, si de Equitibus in Ordine Jerosolimitano Professis loquamur, praeterquam quod nec multi sunt, nec multi probabiliter esse possunt, qui ex ejusmodi statu ad Episcopatum assumantur; si etiam plures essent, nil aliud hac in re eveniret, quam id quod sine ulla cujusquam admiratione accidit, quomodo non unus, sed plures Episcopi Monachorum Cassinensium habitum deferre conficiuntur...

Idem in exemplum...

Idem in exemplum, non poteris pro aliis Ordinibus Militie dicitur. Si vero de aliis aliorum Equestrum Ordinum Professoribus agatur, horum sane ratio valde discrepat a praesentis questionis subjecto. Sacri Canonones, qui habitum Regularem ab aliquibus Episcopis desiderandum statuunt, de Monachis loquantur. Hac disciplina deinde ad Mendicantium Ordinum Fratres extensa fuit, & quamvis inter Fratres Minores nonnemo fuerit, qui tam consulto evertere studebit, vicit tamen sanior pars Canonice Statuta adherens, ut videre est apud Thomassinum de Beneficiis part. 3. lib. 2. cap. 50. n. 6., quomodo nempe nimis Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III. evi.

vedere quanto da Noi è stato unito, e portato nella nostra citata Opera di Canonizatione Sanctorum al lib. 3. cap. 35. num. 11. & seq. potendo anche vederli ciò, che nella presente occasione è stato veduto da Noi, cioè il Padre Mabillon nella Praefatione secunda al Saeculo quarto cap. 7., ove dimostra, che quella disciplina era già introdotta nel Secolo quinto. Ed i soli Chierici Regolari, e Canonici Regolari, sono quelli, che fatti Vescovi, vestono l'Abito de' Vescovi levati dal Clero Secolare: i primi, perchè il loro Abito è lo stesso, che quello de' Preti Secolari, ed i secondi per un particular privilegio ad essi accordato dal Pontefice Leone X. appoggiato all'uso del Rochetto...

Che finalmente la Croce ottagonata visibile di tela bianca sia il vero Abito de' Cavalieri, e Frati dell'Ordine Professi di Malta, non è certamente proposizione ignota a voi, che tanto ben sapete le Coltruzioni del vostro Ordine. Ma, acciò conosciate, che ancor Noi abbiamo veduta con diligenza la materia, diremo, esser un grand' equivoco di quelli, che pensano, esser la Crocetta d'oro, pendente al petto, l'Abito de' Professi di Malta. Raimondo di Podio, che fu il primo Granmaestro di Malta, ordinò, che i suoi Cavalieri fossero tenuti a portar una Veste, o sia Manto, di color nero, colla Croce bianca di tela; e non essendo poi praticabile la Veste nera, dovendo i Cavalieri militare, l'Abito della Religione fu fissato nella Croce bianca ottagonata, cioè d'otto punte, colla libertà di andare nel rimanente vestiti, come vestono gli altri, ma senza pompa, e colla dovuta decenza. E perchè da tal'uno erasi lasciata la Croce di tela bianca, e solamente portavasi pendente dal Petto la Croce d'oro finalata di bianco, il Granmaestro la Sengle proibì l'uso di questa Croce; il che benché dipoi non fosse posto in pratica, basta però per porre in chiaro, che non è la Croce d'oro, ma la Croce ottagonata di tela bianca, l'Abito vero de' Professi di Malta. E sopra questo punto non solamente abbiamo veduto il Compendio Alfabético degli Statuti della Religione alla parola: Abito, ma i Tesi degli Statuti ivi allegati, ed il vostro Michales ne' suoi Manoscritti alla parola: Crux aurata, ed alla parola: Habitus; e l'Autore delle Istruzioni sopra gli obblighi più principali de' Cavalieri di Malta, tradotte dall'idioma Francesece nell'Italiano, al cap. 11.

Nè punto, nè poco ci fece breccia la riflessione, che molti Vescovi in avvenire si farebbero veduti colle divise degli Ordini Militari. Imperocchè o si parla de' Professi di Malta; ed oltrechè non sono molti i Vescovi, nè tampoco è verisimile, che possano esser molti, che prima siano stati Professi di Malta; se anche fossero molti, succederebbe quello stesso, che succede, e non fa veruna ammirazione, quando si veggono, non uno, ma più Vescovi coll' Abito de' Monaci Cassinensi, perchè han fatta Professione in quell'Ordine, non uno, ma più Vescovi coll' Abito Franceseano, e Domenicano, per essere stati Professi negli Ordini predetti.

O si tratta poi degli altri Professi negli altri Ordini Militari; e parlando di questi, non è certamente il caso paragonabile col nostro. Parlano i Canonici de' Monaci, e gli astringono a portar l'Abito Regolare, benchè Vescovi. Questa disciplina si è poi estesa dai Monaci ai Frati; e benchè fra i Francescani vi fosse, che si era presa la briga di volerla guastare, prevalse però il partito più sano, favorevole all'osservanza de' Canonici, come può vederli nel Tomassino de' Beneficiis par. 3. lib. 2. cap. 50. numer. 6., essendo troppo viva la ragione, che, Nè l'estem. non si poteva. che questi, non è più potrà vedere per gli altri Ordini Militari.

NUM. V.

S. FRANCISCUS XAVERIUS

Indiarum Orientalium Patronus Principalior declaratur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

INDIARUM Gentibus Beati Francisci Xaverii Societatis Jesu, qui Apostolicis charismatibus affluenter decoratus, novarum Gentium Apostolus unanimo totius Christiani Orbis consensu meruit appellari, predicatione & miraculis, ex tot tamque distitis regionibus Catholicae Ecclesiae aggregatis, ut gloriosa ejusdem merita acrius venerantes, & relicta sibi quoque praerita virtutum exempla ardentius imitantes, praesentissimum illius in Coelis apud mirabilem in Sanctis suis Deum sibi patrocinium certo polliceri valeant, ipsum Sanctum Franciscum novis honorum incrementis colendum, novoque titulo in terris decorandum invocandumque proponimus, atque mandamus.

Et autem pro singulari pietate, & incredibili erga res Sacras, Sacrosanctae Religionis rationes, & Sanctorum reverentiam zelo suo, Carissimus in Christo Filius noster Joannes Portugaliae, & Algarbiorum Rex Illustris, per dilectum Filium Emmanuelem Pereira de Sampaio Militiae Jesu Christi Commendatorem, ejusdem Johannis Regis negotiis apud Nos, & Apostolicam supplicavit, ut tanti Indiarum Apostolici cultum, & venerationem in terris, quantum Nobis ex alto conceditur, adaugere satagamus; ipsa tamen in Sinarum maxime Regno in Christifideles ibi degentes mota, atque in Evangelica praesertim praedicationis Operarios favens persecutio, ut piis laudati Johannis Regis votis ac precibus paterna benignitate obsecundantes, id praestemus acrius, vehementer urget & extimulat.

Itaque, ad majorem Dei laudem, divinique

cultus augmentum, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, Sanctum Franciscum Xaverium Patronum principaliorum ac Protectorem Indiarum, quae nominantur a Capite Bone Spis dicto, usque ad Regna Sinarum, & Japoniae, eisque adjunctarum Provinciarum, & adjacentium Insularum, cum omnibus, & singulis praerogativis, quae, juxta Breviarium & Missalium Rubricas, Sanctis Patronis principalioribus & Protectoribus competunt, habendum, invocandum, & colendum esse statuimus, declaramus, atque jubemus. Praeterea, ut impofterum sollempnis tanti Patroni memoria majori, quam antea celebrabatur, pietate, ac debitis laudum praerogativis quotannis recolatur; volumus, & omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui ad Horas Canonicae tenentur, auctoritate & tenore paribus indulgemus, atque mandamus; ut annua ipsius Sancti Francisci Xaverii dies sub Ritu Duplici Primae Classis cum Octava peragatur.

Decernentes eadem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existeri, & fore, suoque plenarias & integros effectus fortiri & obtinere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum Transumptis, seu Exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae adhibetur iisdem praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die 24. Februarii 1748. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Cajetanus Amatius.

Instantia Regis Portugaliae, & persecutionis Orientis defensis, eundem Patronum Principalem elapsorem Indiarum & gentibus dandum fident.



INDEX RERUM, ET VERBORUM.

Numerus Romanus Constitutionem denotat: Arabicus autem paragraphum, & paginam designat.

ABBATI Monasterii Campidunensis in Syria conceditur a Pont. Indultum perpetuum conferendi Sacramentum Confirmationis.

Abbates Monasteriorum S. Basilii Missam Graeco ritu celebrare jubentur, sub gravi poena. XLIV. 3. p. 164.

ABBATIA S. Barbari de Tolluro Provincie Teatina unita fuit Sacratio Basilicae Vaticanae. LIX. 50. p. 224. seqq.

Abbatiae S. Martini de Fara, & S. Salvatoris de Majella ejusdem Provinciae, Mense Capitalari Vaticanae fuerunt attributae. ibid.

Abbatia S. Martini, ex conventionem cum Archiepiscopo Theatino, Capituli Vaticani jurisdictioni subest. Abbatia vero S. Salvatoris subiecta est eidem Archiepiscopo, certis utrimque partibus conventis, quoad collationem Beneficiorum Parochialium, & simplicium, quoad Oeconomorum deputationem, visitationem, exactiones &c. ibid.

Abbatiae S. Rufilii Foripompilii, S. Martini in Montibus, & aliae, cum omnibus ad ipsas spectantibus, attributae sunt eidem Mense Capitalari Vaticanae. LIX. 52. p. 225. Cum exemptione a jurisdictione Ordinariorum, in quorum Diocesis existunt. 54. p. 226. Capitulum Vaticanum Jurisdictionem quasi Episcopalem in eas habet. ib. 56. 57. Quinquennia, & alia onera pro ipsis non solvit. ib. 53.

ABBATISSA BURGENSIS in Hispania ab Episcopi jurisdictione exempta est: Capitulum generale celebrat, & in plura Monasteria jurisdictionem habet. VII. 17. p. 29.

ABSOLVENDI facultas ex verbi proprietate, refertur ad peccata, & censuras proprie dictas; non vero ad Irregularitates. XXI. 50. pag. 29.

ABSOLUTIO in Sacramentali Confessione caute danda, vel deneganda, aut differenda. XIX. 22. pag. 70.

Absolutio datur a censuris nominatim latis a Judice, ad solum effectum consequendi Indulgentias Jubilaei, cum reincidentia in easdem, & obligatione parendi sententiae ipsius Judicis, & petendi absolutionem ab eo. XX. 6. pag. 73.

Facultates absolvendi pro Anno Sancto. V. dicta Constit. XX. per totum, & Constit. XXIV. p. 116. & XXVII. p. 119.

ACCORAMBONI Cardinalis sacram Sacelli sui domestici suppellestem haeredi Sacello per testamentum legavit. V. 1. pag. 21. V. Sacellum.

ACTA coram Vicario Foraneo novae Civitatis Pergulae asservanda sunt apud Notarium publicum ejusdem Civitatis, indeque desumpta exempla authentica fidem obtinere debent. LXI. 11. p. 232.

ACTUS moraliter bonus in statu peccati fieri potest, quamvis ad aeternae vitae meritum nihil proficit. XXI. 75. p. 105. seqq.

EGYPTIAE Missionis Praefecto conceditur ad tempus facultas extraordinaria conferendi Sacramentum Confirmationis, cum Chrismate ab Episcopo benedicto. XXX. 4. p. 130.

AGAPE quid fuerint, & quare sublatae. XXXIX. 12. p. 148.

AGGREGATIONES Ecclesiarum, aliorumque pio-

rum locorum quomodo a Capitulo Lateranensis Basilicae fieri possint. XLV. 16. & 17. pag. 165. Aggregationes similes quomodo a Capitulo Basilicae Vaticanae fieri possint. LIX. 45. seqq. pag. 223. seqq. Aggregationes Ecclesiarum, & piis locis plures Indulgentiae conceduntur. 46. seqq. pag. 224. seqq.

AGNES, Imperio, & pietate conspicua, Confessionem Sacramentalem apud Beatum Petrum Damiani, nulla sibi ab eo imposita satisfactione, peregit. XIX. 23. & 24. p. 71.

AGNUS DEI, seu Ceræ formæ, quarum usus antiquissimus est, ex cera munda, alisque rebus aliis significativis conficiuntur. Append. num. V. p. 254. A Summo Pontifice benedicuntur, ab ejus benedictionem, & preces plura beneficia a Deo obtinentur. ib.

AGRICOLAE. V. Spicarum collectio.

AGRICOLAE tempore belli non sunt pars Reipublicae nocentis, ideo non laedendi. LVII. 5. 6. & 7. p. 204.

ALEXANDER V. antea Franciscanus, Bononiae, non Cretae, ortus, ibidem Romam Aream benedixit, & Marchioni Estensi dedit, ibique obiit. XLII. 3. 4. p. 153.

ALTARE totum consecratum, vel lapidem consecratum superimpositum habens, requiritur apud Latinos pro Missae celebratione. XLIII. 4. pag. 163. Quoad Graecos vero, vide. Antimension.

Altare unicum olim erat in Graecorum Ecclesiis, super quo unica per diem Missa celebrari poterat. XLVIII. 10. p. 171.

Ad Altare Majus Confessionis S. Petri, sine obtenta per Literas Apostolicas Romani Pontificis licentia, nemini Missam celebrare licet. LIX. 16. pag. 218. seqq. Ibi Romanus Pontifex recens electus solemnem Consecrationem, & Pallium recipere debet. ib.

Altaria Basilicae Vaticanae, & Ecclesiarum illi subiectarum, a quo consecrari possunt. LIX. 8. pag. 216.

Altare Majus Basilicae Liberianae a Summis Pontificibus olim erectum, & consecratum, nuper a Benedicto XIV. munificentius restitutum, & in honorem Beatae Mariae Virginis adinstar veteris dedicatum est. XXXIV. p. 138. Allocutionem ea occasione a Pontifice habitam. V. Append. num. III. Idem Altare Pontificium declaratur, interdicta cuilibet ibi celebrandi facultate sine peculiari indulto. ibid. 3. & 4. pag. 243. & 244. Expleta Consecratione permittit Pontifex, ut in eo Missam celebraret Cardinalis Gentili. ib.

ALTARIS PORTATILIS, seu VIATICI privilegio gaudet Episcopi, super quo Missam celebrare, vel celebrari facere possunt, etiam extra propriam Diocesim in Edibus suae habitationis, vel in quibus hospitio recipiuntur. XLVIII. 5. seqq. pag. 170. seqq. Non tamen in aliis Laicorum domibus, in quibus actu hospitali non fuerint. ibid.

Altaris portatilis privilegium Regularibus sublatum est. XLVIII. 28. seqq. p. 174. seqq.

Altare privilegiatum personale duobus diebus per hebdomadam concessum Canonicis Veronenfis. Suppl. num. IV. 5. 4. pag. 335. V. Veronenfis.

AMERICANI musicam facile addiscunt. III. 5. p. 12.

AMPHITHEATRUM Flavianum, seu Colosseum,